

Prologus

ad aquilonē: et mediū eius ad meridiem. Et fugiet ad vallē montiū eorū quā coniungetur vallis montiū vsq; ad primum. Et fugietis sic fugistis a facie terremotus in diebus ioseph regis iuda. Et veniet dñs deus meus: omnesq; scī cū eo: Et erit: in die illa nō erit lux: sed frigus et gelu. Et erit dies vna q̄ nota est dño: non dies neq; nox: et in tpe vespi erit lux. Et erit: in die illa exibunt aq; vius de hierusalē. De dñi eorū ad mare orientale: et mediū earū ad mare novissimū. In estate et in hyeme erunt: et erit dñs rex sup oēs terram. In die illa erit dñs vnus et erit nomen eius vnū. Et reuertet ois terra vsq; ad desertū: de colle remmon ad austrū hierusalem. Et exaltabitur et habitabit in loco suo a porta beniamin vsq; ad locū portę prioris et vsq; ad portam angulorū et a turre ananebel vsq; ad torcularia regi. Et habitabunt in ea: et anathema non erit amplius. Sed sedebit hierusalem securā: et hęc erit plaga qua pcutiet dñs oēs gentes que pugnauerunt aduersus hierusalem. Labescet caro vniuscuiusq; stātis sup pedes suos et oculi eius ptatescent in foraminibus suis: et lingua eorū contabescet in ore suo. In die illa erit tumultus dñi magnus i eis et apprehendet vir manū primum sui: et cōferetur manus eius sup manū primum sui. Sed et iudas pugnabit aduersus hierusalem. Et congregabunt diuitie oīū gentiū in circuitu: aurū et argentū et vestes multe satis. Et sic erit ruina equi et muli et camelī et asini et oīū iumentorū q̄ fuerint in castris illis: sic ruina h̄. Et oēs q̄ reliq̄ fuerint de vniuersis gentibus q̄ venerunt contra hierlm: ascendent ab anno in annū: vt adorēt regē dñm exercitū: et celebrēt festinitatē tabernaculorū. Et erit qui non ascenderit de familijs terre ad hierusalē vt adorent regem dñm exercitū: nō erit sup eos imber. Quod et si familia egypti nō ascenderit et non venerit: nec sup eos erit. Sed erit ruina q̄ pcutiet dñs oēs gētes: que nō ascenderit ad celebrandā festinitatē tabernaculorū. Hoc erit peccatus

egypti et h̄ peccatus omniū gentiū q̄ non ascenderit ad celebrandā festinitatē tabernaculorū. In die illa erit quod sup frenum equi est sanctum dño: et erunt lebetes in domo dñi quasi phiale corā altari. Et erit ois lebes in hierusalem et in iuda scificatus dño exercitū. Et venient oēs immolantes et sument ex eis: et coquent in eis. Et non erit mercator vsq; in domo dñi exercituum in die illo.

Explicit Zacharias ppha. Incipit prologus in Malachiam pphetam

Deus per moysen populo israel precepit: sacerdotes tabernaculi sui omni corporali vitio liberos: hostias omni vitio vacuas sibi offerre. Quibus leges suā ad regendū populum obstruxerat vt per sacrificiorū oblationē intencij dei et bonū facti: populum precepit celestibus facerent obedire. Vñ sacerdotes angelos dei esse: hoc in loco scriptura testatur. Sed quod tanti muneris gratiam contemnentes: supradictus populus ac sacerdotes sacrificia vitio deturpata: ipsi criminibus atq; impietatibus maculati deo offerre ceperunt. Ideo per malachiam prophetā de populum suum israel increpans ait: Dilexi vos dicit dominus. Et dixistis: In quo dilexisti nos? Quone frater erat esau iacob dicit dominus: et dilexi iacob: esau autem odio habui: Esau autem fratres iacob non iniqua aut spontanea voluntate odio habitum a deo: vel sine meriti gratia iacob dilectum manifestus est: cū ipse conscientiam suam esau quidem effusionem fraterni sanguinis concupiscere: iacob autem in sui cognitione obseruandā legem desiderare cognosceret. Cuius rei gratia supradicto vsus est exemplo dicens: Dilexi iacob: esau autem odio habui. Quis ex operibus memoratorū quorū liber geneleos meminit: in quo vniūscuiusq; eorū futurus erat proposito manifeste constaret vt scriptū ē: Creuerunt pueri: et erat esau